

konkrete Dinge wie Leobas letzte Worte an die Königin Hildegard sind aus der Schrift des Constantius entnommen.

Vita Germani.

c. 14. et cum cotidie inruente frequentia stiparentur, divinus sermo non solum in ecclesiis, verum etiam per trivias, per rura, per devia fundebatur ('diffund.' B), ut passim et fideles catholici firmarentur et depravati viam correctionis agnoscerent.

c. 17. in tantum, ut, cottidianis praedicationibus instituti, certatim ad gratiam baptismatis convolarent.

c. 9. Erat autem familiare beatissimo viro — ecclesiam — visitare, ut certantibus studiis aemulantes ad perfectionis gloriam provocaret.

c. 6. Itaque vir beatissimus — duplicem viam Christo ad profectum religionis instituens, — monasterium conlocavit, ut ad fidem catholicam populi et congregationibus monachorum et ecclesiastica gratia raperentur.

c. 1. ab ipsis infantiae rudimentis studiis liberalibus institutus; in quo doctrinae conlatio cum ingenii ubertate consentiens, eruditissimum duplicato bono, id est naturae et industriae, reddiderunt. Atque ut in eum perfectio litterarum plena conflueret, — iuris scientiam plenitudini perfectionis adiecit.

c. 5. Hospitalitatem peculiari observatione servavit; omnibus enim sine ulla exceptione personae domum praebuit et convivium ieiunus pastor exhibuit. Pedes omnibus manibus suis lavit, dominicae institutionis minister et custos.

c. 7. Statimque infelix inimici et captivus pariter et minister in sublime suspenditur, ecclesia eius clamore completur, plebs universa turbatur, et quasi flammis circumdatus, cum voce maxima nomen invocat sacerdotis, crimen quod commiserat confitetur. — Clamor

Vita Leobae.

c. 9. Nam cum cotidie populorum frequentia fidei sacramentis imbueretur, divinus sermo non solum in ecclesiis, verum etiam per pagos et castella diffundebatur, in tantum, ut et fideles catholici assiduis exhortationibus firmarentur et depravati viam correctionis agnoscerent et pagani fide instructi certatim ad gratiam baptismatis convolarent.

c. 10. Videns itaque vir beatissimus¹ ecclesiam Dei crescere et certantibus studiis ad vota perfectionis accendi, duplicem viam ad profectum religionis instituens, monasterium a construere coepit, ut ad fidem catholicam populi non tam ecclesiastica gratia quam monachorum ac virginum congregationibus raperentur.

c. 11. Nam cum ab ipsis infantiae rudimentis grammatica et reliquis liberalium litterarum studiis esset instituta, tanta meditationis instantia spiritalis scientiae perfectionem conabatur assequi, ut, consentiente cum ingenio lectione, duplicato naturae et industriae bono eruditissima redderetur. — decreta canonum totiusque ecclesiastici ordinis iura plenitudini perfectionis adiecit. — Hospitalitatem autem peculiari observatione tenuit; omnibus enim sine ulla exceptione personae domum praebuit et convivium ieiuna mater exhibuit. Pedes omnibus manibus suis lavit, dominicae institutionis custos et ministra.

c. 12. Mox miserrima paupercula illa, antiqui hostis et captiva pariter et ministra, demonio repletur, et quasi flammis circumdata, nomen invocat abbatisae, crimen quod commiserat confitetur. Tum vero in caelum clamore sublato, plebs omnis obstupuit miraculo, an-

1) Bonifaz.